Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



139 131

sans. hunc de finito consilio et prescientia dei traditum per manus iniquorum affigentes interemistis. Quem
deus suscitauit solutis doloribus inferni: iuxta quod
impossibile erat teneri illum ab eo. Dauid enim dicit in eum. Prouidebam dominum coram me semper: quia ad
latus est mihi ne commouear. Propter hoc delectatum est cor
meum et exultabit lingua mea: insuper et caro mea
requiescet in spe. Quia non derelinques animam meam
in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vite: replebis me lauti
tia cum facie tua. Alla. Dum compleremur dies pen
tecostes erant omnes pariter discipuli. Alla. Veni sancte spiritus re.

In illo tpe. Factum est in vna. Secm Lucam.
Dicebat autem ihsus sedebat docens: et erant phariseis
sedentes et legis doctores qui venerant ex omni
castello galilee et iudee et iheru. et virtus domini erat ad
sanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem
qui erat paralitus: et querebant eum inferre et
ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illum
inferrent pre turba: ascenderunt super tectum et per
tegulas sub miserunt illum cum lecto in medium
ante ihsum. Quorum fidem ut vidit dixit. Homo re
mittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt cogitare scribe
et pharisei dicentes. Quis est hic qui loquitur blas
phemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus
deus? Ut cognouit autem ihsus cogitationes eorum
respondens dixit ad illos. Quid cogitatis in cordibus
vestris? Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata tua
an dicere surge et ambula? Ut autem sciatis quia filius
hominis potestatem habet in terra dimittendi peccata tunc